Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26007
Copyright: Admont, Benediktinerstift



99

tibus. et in publico. et ad genua eorum nos incurrentes. Et uo
cari ab hominibus rabbi. idest uocari uolunt. non esse nomen ap
petunt. et officium neglegunt. Quomodo quod potest esse magister. qui dis
cipulum non habet. Ergo da operam. et inuenies fructum. Quere
disciplinam. et esto magister. Vos autem nolite uocari rabbi. quod
dicitur magister. ne quod do debetur uobis presumatis. Nolite et alio
uocare rabbi. ne diuinum honorem hominibus deferatis. Vnus
enim est magister hominum. quomodo omnis homines naturaliter docet.
Si enim omnis homines discerent. quia habent doctores. homo
hominem erudiret. Sed autem quia homo non docet sed ds. multi quidem
docentur pauci autem discent. Homo enim non intellectum prestat
homini docendo. sed adonis prestitit per ammonitionem exercet.
Vos quasi spiritales estis. quomodo uocetis uobis terrenum magistrum. Nun
quid carnalis doctrina disciplinam generat spiritalem. Spiritalis
enim. Beatus homo quem tu erudieris domine. et de lege tua do
cueris eum. Et patrem nolite uocare uobis super terram. quia non estis
filii terreni. Exeo enim celestem dominum professus es. exque patrem et dece
lo uocasti dicens. Pater noster qui es in celis. Exque celestem esse patrem
professus es uocando dominum. turpe est ut iterum profitearis terre
num patrem et uocando super terram. Quia autem se exaltauerit hu
miliabitur. et quia se humiliat exaltabitur. Vnde si superbia est
initium omnis peccati. et concupiscentia uenia peccati. non potest
aliter uinci concupiscentia uitiosa. nisi per suscaucat humilitatis
uirtute superbia quem ei est inimica. Superba uoluntas sacerdotis p